



Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

TIVÆ, anno partæ Salutis M. DC. XXVIII.
ex Cœmterio, seu Cryptis CALIXTI, de V RBE ex-
tractarum, quas legitimè impetratas, gloriaſe
memoriae Princeps, Serenissimus WOLFGANGVS
WILHELMVS COMES PALATINVS RHENI,
BAVARIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM
Dvx &c. anno inſequente N E O B V R G V M
transferti curauit. Ex Sacr. Indice. Quas hoc
demum anno 1663. 15. Maij vnà cum COR-
PORE S. MAVRI ab admodum R. P. IOAN-
NE PAVLLO OLIVÂ Soc. IESV VICARIO Gene-
rali, Serenissimo Duci PHILIPPO GUILIELMO
Comiti Palatino Rheni &c. recens Româ submis-
so, Idē Ser: Dux hereditario erga SANCTOS affectu, in-
ter Cleri, Aulae, Civium, Provincialiumque acco-
larum pia vota, ac magnificâ pompa per urbem
atque suburbia circumferri, & Ipse Præsens va-
rijs in Templis deponi postea curavit.

II.

IN Collegiata DUSSELDORPIENSI Festum S.
 WILLEICI Presbyteri S. SWIBERTI in
 Apostolatu College; qui cum totam Saxo-
 niam, Montes, Marchiam, Angariam, vicinásque

latè Provincias, concionabundus obiens, infidelium multa millia, *in libertatem Christiam* è deorum servitute *asserta fonte sacro* lavit, & frequentibus ostentis confirmavit, quo virtutum odore allecta B. PLECTRUDIS, AVSTRASIÆ Princeps Eundem à S. SWIBERTO cum socio Theodorico ad Pipinum decumbentem, Ioppiliam cunte, precibus obtinuit, ut secum devotionis consolationisque causâ COLONIÆ resideret: ubi in Domini vinea gnaviter desudans, prodigijs illustris GERALDV M illustrem PALATINVM à peste anginæ; & Gotebal-dum à præsenti Morte, Salutiferæ Crucis signo (attornitis PLECTRVD & populo) liberavit. DemūS. SWIBERTI in præfectura WERTENSI decennium gnatus & Fidelis successor A. DCCXXII. A postolico spiritu, vitæ integritate & prodigijs illustris, longū æternitatis iter ingressus est. Mar. Can: Bau-Sanctæ.

III.

CHVNIGVNDIS AVGVSTA & VIRGO ex COMITIBVS PALATINIS MOSEL LANICIS, HENRICI IMPERATORIS Vxor, suis meritis dives: vt proinde in ea amabiliter Spiritus Sanctus qui-esceret, carnem nudam cilicio tegebatur, cilicium au-
reæ